

in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me (Jer. X, 24). *Exurge, Domine, in ira tua* (Ps. VII, 7): quoniam ego in flagella paratus sum (Ps. XXXVII, 48). Judica me secundum justitiam tuam, Domine Deus meus, et non supergaudent michi, nec dicant: Devotivum ego (Ps. XXXIV, 24, 25).

Dum judicamur autem, a Domino corripimur: ut non cum hoc mundo damnemur (1 Cor. XI, 52). Sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minima esse, flagella Domini, quibus quasi servi corripimur, ad emendationem et non ad perditionem nostram evenisse credamus (Judith VIII, 27). Beatus homo qui corripitur a Deo; i crepationem ergo Domini non reprobes: quia ipse vulnerat, et medetur; percussit, et manus ejus sanabunt (Job V, 17, 18).

QUINQUE MEDITATIONES DE INFERNO.

PRIMA MEDITATIO.

DE POENA DAMNI.

Explicatur ejus natura per colloquium Christi et hominis penitentis.

Homo penitens petit humiliter ut doceatur quæ sit hujus poenæ natura.

Ego dixi: In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi (Is. XXXVIII, 10). Deus ultionum Dominus, Deus ultionum libere egit (Ps. XCIII, 4); deducit ad inferos et reducit. *Vadam, Deus ultionum* (1 Reg. II, 6); mane astabo tibi et videbo quoniam non Deus volens iniquitatem tu es (Ps. V, 5). *Deus ultionum*, confige timent tuos carnes meas; a iudiciis enim tuis timui (Ps. CXVIII, 120). Quis novit potestatem iræ tuæ, et præ timore tuo iram tuam dinumerare? Dexteram tuam sic notam fac (Ps. LXXXIX, 41, 42) et iudicia tua doce me (Ps. CXVIII, 108).

Christus explicat poenæ naturam quæ consistit in hoc quod damnatus ignoretur a Deo, projiciatur ab illo, privetur ejus visione, maledictus sit ab illo, ideoque maneat omnibus malis obnoxius, et omni spe alterius boni excidat.

Cam intraverit paterfamilias, et clauserit ostium, incipientis foris stare, et pulsare ostium, dicentes: Domine aperi nobis; et respondens dicit volis: Nescio vos unde sitis. Tunc incipientis dicere: Manducavimus coram te, et bibimus, et in plateis nostris docuisti. Et dicit volis: Nescio vos unde sitis: discedite a me, omnes operarii iniquitatis (Luc. XIII, 25-27).

Multi dicent michi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo daemonia eiecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam novi vos: discedite a me, qui operamini iniquitatem (Matth. VII, 12, 13).

Discedite a me, maledicti in ignem æternum, qui paratur est diabolo et angelis ejus (Ibid., XXV, 41).

Exurge, Domine, in ira tua: quoniam ego in flagella paratus sum, et dolor meus in conspectu meo semper; quoniam iniquitatem meam annuntiabo, et cogitabo pro peccato meo (Ps. XXXVII, 48, 49).

Apud me oratio Deo vitæ mea; dicam Deo (Ps. XLI, 10): Peccavi, et vere deliqui: et ut eram dignus, non recepi (Job XXXIII, 27). Benedictum est nomen tuum, Deus patrum nostrorum, qui cum iratus fueris, misericordiam facies, et in tempore tribulationis peccata dimittis his qui invocant te (Job. III, 15).

Non moriar, sed vivam: et narrabo opera Domini. Castigans castigavit me Dominus: et morti non tradidit me (Ps. CXVII, 17, 18).

Benedictus Dominus in æternum: fiat, fiat (Ps. LXXXVIII, 55).

Foris canes, et impudici, et homicidæ, et idolis servientes, et omnis qui amat et facit mendacium (Apoc. XXII, 15). Non videbit quisquam de hominibus generationis hujus pessimæ terram bonam, quam sub juramento pollicitus sum patribus vestris (Deut. I, 35).

Non videbit bonum quod ego faciam populo meo (Jer. XXIX, 52).

Non videbit gloriam Domini (Is. XXXVI, 10).

Usque in æternum non videbit lumen (Ps. XLVIII, 20).

Nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cenam meam (Luc. XIV, 24): ut juravi in ira mea: Si introibunt in requiem meam (Ps. XCIV, 11).

Discedite a me, maledicti. Vos non populus meus, et ego non ero vester (Osæ I, 9).

Maledicti.

Vocabuntur termini impietatis, et populus cui iratus est Dominus usque in æternum (Malac. I, 4). Irascetur furor meus contra eum in die illo: et derelinquam eum, et abscondam faciem meam ab eo, et erit in devorationem: invenient eum omnia mala, et afflictiones; ita ut dicat in illo die: Vere quia non est Deus necum, invenerunt me hæc mala (Deut. XXXI, 17).

Dilexit maledictionem, et venit ei; et noluit benedictionem, et elongabitur ab eo (Ps. CVIII, 48).

Discedite a me. Ego non ero vester. Ego Dominus, et non est amplius. Non est ultra Deus absque me (Is. XLV, 5, 21). Quis contristabitur super te? Quis consolabitur te (Id., LI, 19)? In me gratia omnis viæ et veritatis, in me omnis spes vite et virtutis (Eccli. XXIV, 25): et extra me non est alia amplius (Sop. II, 15). Ego sum Dominus et non est absque me Salvator, et non est qui de manu mea eruat (Is. XLIII, 14, 15).

Discedite a me, maledicti in ignem æternum, pleni indignatione Domini (Id., LI, 20).

Homo penitens, tantæ poenæ se obnoxium hæctenus vixisse obstupescit; petit ut ab illa liberetur; quod ex penitentia et amore suo erga Deum sibi confidit jam sibi concessum esse.

Domine, audivi auditionem tuam, et timui (Hab. III, 2): super hoc expavit cor meum (Job XXXVII, 4). Domine Deus salutis meæ, in die clamavi, et nocte coram te (Ps. LXXXVII, 2-4). Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam: quia repleta est malis anima mea, et vita mea inferno appropinquavit; et ego nesciebam (Gen. XXVIII, 16). Circumderunt me dolores mortis, et pericula inferni invenerunt me (Ps. CXIV, 5);

Et ignoravi (Ps. XXXIV, 15).

Ad te, Domine, clamabo: Deus meus, ne sileas a me: nequando taceas a me, et assimilabor descendentibus in lacum. Exaudi, Domine, vocem deprecationis meæ, dum oro ad te: dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum. Ne simul trahas me cum peccatoribus, et cum operantibus iniquitatem ne perdas me (Ps. XXVII, 1, 2, 5).

Domine, dilexi decorem domus tuæ, et locum habitationis gloriæ tuæ. Ne perdas cum impiis, Deus, animam meam (Ps. XXV, 8, 9).

Dilexi, quoniam exaudivit Dominus vocem orationis meæ; quia inclinavi aurem suam michi, et in diebus meis invocabo. Circumderunt me dolores mortis, et pericula inferni invenerunt. Tribulationem et dolorem inveni: et nomen Domini invocavi. O Domine, libera animam meam!

Miseris cor Dominus, et justus, et Deus noster miseretur. Custodiens parvulos Dominus: humiliatus sum, et liberavit me. Convertere, anima mea, in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi; quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapsu. Placebo Domino in regione vivorum (Ps. CXIV, 1-9).

II MEDITATIO.

De dolore impiorum ex poenâ damni.

PRIMUM PUNCTUM. — *Dolor mentis.*

Dolor mentis oritur ex perfectissima et semper præsentis cognitione æternæ felicitatis, ejusdemque irreparabilis amissionis.

Poenas dabunt in interitu æternas a facie Domini, et gloria virtutis ejus (II Thess. I, 9, 10); cum venerit glorificari in sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt (Gen. III, 8). A facie Domini Dei in medio paradisi: cum venerit in gloria Patris sui cum angelis sanctis (Marc. VIII, 38), ibunt hi in supplicium æternum (Matth. XXV, 46).

Audite rebelles et increduli (Num. XX, 10). Ibi erit fletus et stridor dentium, cum videritis Abraham, et Isaac, et Jacob, et omnes prophetas in regno Dei, et vos autem expelli foras (Luc. XIII, 28, 29). Et venient ab Oriente, et Occidente, et Aquilone, et Austro, et accumbent in regno Dei; filii autem regni ejectionem in tenebras exteriores (Matth. VIII, 12): ibi erit

fletus et stridor dentium. In flamma ignis dantis vindictam iis qui non noverunt Deum et qui non obediunt Evangelio Domini nostri Jesu Christi, poenâ dabunt in interitu æternas a facie Domini, et a gloria virtutis ejus (II Thess. I, 8, 9). *Peccator videbit, et irascetur, dentibus suis fremet et tabescet* (Ps. CXI, 10).

Peccator videbit, quæ sit spes vocationis ejus, et quæ divitæ gloriæ hæreditatis ejus in sanctis, et quæ sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credimus secundum operationem potentie virtutis ejus, quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis, et constituens ad dexteram suam in celestibus (Eph. I, 18-20). *Peccator videbit, et possidere non poterit* (Job XX, 20): quia caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt: neque corruptio incorruptelam possidebit (1 Cor. XV, 50).

Peccator videbit. Regem in decore suo videbunt oculi ejus, cernent terram de longe, et possidere non poterit. Videbit et irascetur, dentibus suis fremet et tabescet (Is. XXXIII, 17).

II PUNCTUM. — *Dolor voluntatis.*

SUMMARIUM. — *Explicatur hic dolor per colloquium peccatoris damnati et Dei vindicis. Desiderio videndi Deum cruciatum damnatus, et quidem magis quam igne. Desiderium illud reprobat Deum et rejicit. Repulsæ, quam a Deo patitur, rationem exquirat, ejus præteritum amorem cum odio præsentis comparans. Redditur a Deo ratio; contra tamen emittitur impius, exagitatus desiderio videndi Deum. Negat Deus illud unquam posse fieri; quare impius sperare cessat, non autem desiderare.*

Desiderium peccatorum peribit (Ps. CXI, 10).

Mortuus est dives, et sepultus est in inferno. Elevans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham a longe, et Lazarum in sinu ejus: et ipse clamans, dixit (Luc. XVI, 22, 25, 24):

Impius damnatus.

Pater miserere mei: crucior in hac flamma.

Quis mihi tribuat audirem, ut desiderium meum audiat Omnipotens (Job XXXI, 55)? Obsecro ergo ut videam faciem regis, regis mei qui est in sancto (II Reg. XIV, 52):

Ut videam faciem regis (Ps. LXVII, 25), in quem desiderant angeli prospicere (1 Pet. I, 12).

Domine, ante te omne desiderium meum (Ps. XXXVII, 10). Unam petii a Domino, hæc requiram, ut videam voluptatem Domini (Ps. XXVI, 4).

Crucior in hac flamma; in me sit ista maledictio: (Gen. XXVII, 45): tantum audi vocem meam, et omne, quod imposueris michi, feram; Tantum audi vocem meam: ut videam faciem regis (IV Reg. XVIII, 14).

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus: sitivit anima mea ad Deum fontem vivum. Quando veniam et apparebo ante faciem Dei? Fuerunt michi lacrymæ meæ

panes die ac nocte : dum dicitur mihi quotidie : Ubi est Deus tuus (Ps. XII, 2-4) ?

Crucior in hac flamma : dum dicitur mihi quotidie : Ubi est Deus tuus ?

Ubi est Deus tuus ? Quis mihi tribuat ut cognoscam et inveniam illum, et veniam usque ad solium ejus (Job XXIII, 5) ?

In caelum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebō in monte testamenti, similis ero Altissimo.

Deus vindex.

Verumtamen ad infernum detraheris, in profundum lacus (Isai., XIV, 15-15). Inter nos et vos chaos magnum firmatum est : ut hi, qui voluit hinc transire ad vos, non possint, neque iude hinc transire ad vos, tamen scio quia universorum memineris. Si peccavi, et ad horam pepercisti mihi : cur ab iniquitate mea mundum me esse non poteris, reversusque mirabiliter me crucias (Job X, 8-16).

Impius damnatus.

Manus tuas fecerunt me, et sic repente precipitas me ? Memento, quæso, quod sicut lutum feceris me. Vitam et misericordiam tribuisti mihi, et visitatio tua custodivit spiritum meum. Licet hæc velis in corde tuo, tamen scio quia universorum memineris. Si peccavi, et ad horam pepercisti mihi : cur ab iniquitate mea mundum me esse non poteris, reversusque mirabiliter me crucias (Job X, 8-16).

Reminiscere miserationum tuarum Domine (Ps. XXIV, 6) ; clamō ad te, et non exaudis me : stō, et non respicis me. Mutatus es mihi in crudelē, et in duritia manus tuæ adversaris mihi (Job XXX, 20, 21).

Deus vindex.

Vocavi, et renuistis : extendi manum meam, et non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, et increpationes meas neglexistis ; ego quoque in interitu vestro ridebo, et subsannabo (Prov. I, 24-26). Omnia tempus habent : tempus dilectionis, et tempus odii (Ecclē. III, 1, 8). Receperitis bona in vita tua : nunc autem cruciaris (Luc. XVI, 25).

Impius damnatus.

Deus virtutum converte nos : et ostende faciem tuam, et salvi erimus. Deus virtutum convertere : respice de caelo, et vide. Domine Deus virtutum, converte nos : et ostende faciem tuam, et salvi erimus (Ps. LXXXIX, 8, 15, 20).

Deus vindex.

Beati mundo corde : quoniam ipsi Deum videbunt (Math. V, 8). Immunditia tua execrabilis : quia sustinere te voluit, et non es mundata a sordibus tuis : sed nec mundaberis (Ecclē. XXIV, 15).

Impius damnatus.

Usquequo, Domine, irasceris in finem : accendetur velut ignis zelus tuus (Ps. LXXXVIII, 5) ? Desperavi, nequaquam ultra jam vivam (Job VII, 16). Spoliavit me gloria mea, et abstulit coronam de capite meo. Destruit me undique, et pereō, et quasi evulse ar-

bori abstulisti spem meam. Iratus est contra me furor ejus, et sic me habuit quasi hostem suum (Job XIX, 9-11).

III PUNCTUM. — Dolor ex memoria.

SUMMARUM. — Oritur ex recordatione rerum præteritarum, nempe contempta virtutum, gratiarum neglectarum, laboris et turpitudinis peccatorum, mali una honorum et dicitururum, quæ evanuerunt, et omnis boni omissi.

Vermis eorum non moritur (Marc. IX, 45).

Tunc stabunt iusti in magna constantia, adversus eos qui se angustiaverunt, et qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbantur timore horribili, et mirabuntur in subitatione desperatæ salutis, dicentes intra se, penitentiam agentes, et præ angustia spiritus gementes :

Illi sunt quos habuimus aliquando in derisum, et in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam, et finem illorum sine honore : ecce quomodo computati sunt ioter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est.

Ergo erravimus a via veritatis, et justitie lumen non luit nobis, et sol intelligentiæ non est ortus nobis.

Lassati sumus in via iniquitatis et perditionis, et ambulavimus vias difficiles : viam autem Domini ignoravimus.

Quid nobis profuit superbia ? aut divitiarum iactantia quid contulit nobis ? Transierunt illa omnia tanquam umbra, et tanquam nuntius percurrens, et tanquam navis quæ pertransit fluctuantem aquam : ejuas, cum præterierit, non est vestigium invenire, neque semitam carinæ illius in fluctibus ; aut tanquam avis, quæ transvolat in aere, cuius nullum invenitur argumentum itineris, sed tantum sonitus alarum verberans levem ventum, et scindens per vim iueneris aërem : commotis aliis transvolavit, et post hoc nullum signum invenitur itineris illius ; aut tanquam sagitta emissa in locum destinatum, divisus aer continuo in se reclusus est, ut ignoretur transitus illius.

Sic et nos nati, continuo desivimus esse : et virtutis quidem nullum signum valimus ostendere : in malignitate autem nostra consumpti sumus (Sap. V, 1-14).

Talia dixerunt in inferno hi qui peccaverunt.

Talia dixerunt penitentiam agentes.

Sic comedet eos vermis : vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur (Is. LI, 8 ; LXVI, 24).

CONCLUSIO MEDITATIONIS.

Alios homines, adeoque seipsum excitat homo, ad querendum nunc Deum.

Intelligite hæc qui obliviscimini Deum (Ps. XLIX, 22) : Quæretis me, et non invenietis (Joan. VII, 54).

Audite sapientes, verba mea (Job XXXIV, 2) : Quærite Dominum, dum inveniri potest, invocate eum dum prope est (Is. LV, 6).

Cavete ne decipiat cor vestrum, et recedatis a

Domino : iratusque Dominus claudat caelum, peractisque de terra optima, quam Dominus daturus est vobis (Deut. XI, 16, 17).

Præbete igitur corda vestra et animas vestras, ut quæretis Deum vestrum, dum inveniri potest (I Paral. XXII, 19) : ut diligatis Dominum Deum, et ambuletis in omnibus viis ejus, adhaerentes ei (Deut., XI, 22).

Eamus, et deprecemur faciem Domini, et quæramus Dominum exercituum ; vadam etiam ego (Zach. VIII, 21) : quæram quem diligit anima mea, dum inveniri potest (Cant. II, 2).

Pars mea Dominus, dixit anima mea : propterea expectabo eum. Bonus est Dominus sperantibus in eum, anime quærenti illum, dum inveniri potest (Thren. III, 24, 25).

III MEDITATIO.

DE PENA SENSUS.

Explicatur hæc parva per colloquium Dei vindicæ et animæ penitentis.

Anima penitens.

Præparatio hujus meditationis. — Vox Domini reddentis retributionem inimicis suis (Is. LXVI, 6) : Descendant in infernum viventes (Ps. LIV, 16). Peccavi (Ps. L, 6), infernus domus mea est (Job XVII, 15).

Aperite mihi portas justitiæ, ingressus in eas conlabebor Domino (Ps. CXVII, 19). Tu autem, Domine Sabaoth, qui iudicis juste, et probas renes et corda, videam ultionem tuam ex eis (Jer. XI, 20) : et iudicia tua doce me (Ps. CXVIII, 108), et virtutem terribilium tuorum (Ps. CXLV, 6). Statue servo tuo eloquium tuum, in timore tuo (Ps. CXVIII, 38).

Deus.

Inferni descriptio. — Accedite, gentes, et audite, et populi attendite : audiat terra, et plenitudo ejus, orbis, et omne germen ejus. Quia indignatio Domini super omnes gentes (Isai. XXXIV, 1, 2).

Nunc consurgam, nunc exaltabor, nunc sublevabor. Et erunt populi quasi de incendio cinis, spinæ congregatæ igni comburentur (Id., XXXIII, 10, 12).

Discordite a me, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo, et angelis ejus (Math. XXV, 41). Preparata est enim ab heri Topheth, a rege preparata, profunda, et dilatata. Nutrimenta ejus, ignis et ligna multa : status Domini sicut torrens sulphuris succedens eam (Is. XXX, 35). Converterentur torrentes ejus in picem, et humus ejus in sulphur : et erit terra ejus in picem ardentem. Nocte et die non extinguetur, in sempiternum ascendet fumus ejus (Id., XXXIV, 9, 10).

Timidis, et incredulis, et execratis, et homicidis, et fornicatoribus, et veneficis, et idololâtris, et omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne et sulphure (Apoc. XXI, 8). Congregabuntur in congregatione unius fascis in lacum, et claudentur ibi in carcere (Isai. XXIV, 22), ubi cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum (Apoc. XX, 10) : quoniam ultio Domini est (Jer. L, 15). Victima Domini in Bostra (Is. XXXIV, 6) : omnis enim igne salic-

tur et omnis victima sale salietur (Marc. IX, 48).

Ignis succensus est in furore meo, et ardebit usque ad inferni novissima. Congregabo super eos mala : mea est ultio (Deut. XXXII, 22, 25, 35), illic erit fletus et stridor dentium (Math. XXIV, 51). Erit cubile draconum, et occurrent dæmonia succenturiis (Is. XXXIV, 14). Sunt spiritus, qui ad vindictam creati sunt, et in furore suo confirmaverunt tormenta sua (Ecclē. XXXIX, 35).

Et erit pro suavi odore fetor (Is. III, 24), ignis, et sulphur, et spiritus procellarum, pars calicis eorum (Ps. X, 7). Fel draconum vinum eorum, et venenum aspidum insussalibile (Deut. XXXII, 53). Stillabit furor meus super locum istum, et non extinguetur (II Paral. XXXIV, 25).

Anima penitens.

Tantus horror expenditur ab anima penitente.

Quis audivit talia horribilia (Jer. XVIII, 15) ?

Horrendum est incidere in iras Dei viventis (Heb. X, 31).

Magnus Dominus, et laudabilis nimis, et horribilis super omnes deos (I Per. XVI, 25).

Deus vindex.

Deus objicit illi sumum in hoc re stuporom, et necessitatem quilibet patienti damnetur.

Non possitis hæc super cor tuum, neque recordata es novissimi tui. Et nunc audi hæc delicata, et habitans confidenter (Is. XLVII, 7, 8) : Ira furoris Domini imminet (II Par. XXVIII, 15) ; usquequo deliciis dissolveris (Jer. XLI, 22).

Et nunc audi delicata : Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante ? Quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis (Isai. XXXIII, 14) ?

Et nunc audi hæc delicata : Si scandalizaverit te manus tua, abscede illam : bonum est tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, ubi vermis eorum non moritur et ignis non extinguitur. Et si pes tuus te scandalizat, amputa illum : bonum est tibi claudum introire in vitam æternam, quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis, ubi vermis eorum non moritur et ignis non extinguitur. Quod si oculus tuus scandalizat te, eijce eum : bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis : ubi vermis eorum non moritur et ignis non extinguetur (Marc. IX, 42-47).

Et nunc audi hæc delicata : Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere a ventura ira ? Facite ergo fructum dignum penitentis (Math. III, 7, 8).

Anima penitens.

Anima penitentis consilium init, et rogat Deum ut illam a se vellet exigere si non egerit.

Tempus faciendi, Domine (Ps. CXVIII, 426) : si sustinero, infernus domus mea est (Job XVII, 15).

Periit tempus faciendi (Ther. III, 54).

Si sustinero, corrippe me, Domine : verumtamen in

judicio, et non in furorē tuo, ne forte ad nihilum redigas me (Jer. X, 24).

Corripē me, Domine; dexteram tuam sic notam fac (Ps. LXXXIX, 12): et hęc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore, non parcat; nec contradicam sermonibus sancti (Job VI, 10).

Corripē me, Domine; bonum enim est mihi magis (I Cor. IX, 15) quam miti in gehennam ignis inextinguibilis (Marc. IX, 44). Cum iratus fueris, misericordie recordaberis (Habac. III, 2): misericordiam, et iudicium cantabo tibi, Domine (Ps. C, 4).

IV MEDITATIO.

Exponitur pœna census per colloquium hominis peccatoris, impij damnati, et Dei vindicis.

Peccator.

Peccator expendit miseriam damnati simul et iram Dei. Ego dixi, in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi (Is. XXXVIII, 10). Mortuus est dives, et sepultus est in inferno (Luc. XVI, 22). Vadam, et video visionem hanc magnam (Exod. III, 5).

Impius damnatus.

Pater, miserere mei, et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.

Deus vindex.

Fili, recorde, quia receperis bona in vita tua, et Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris (Luc. XVI, 24, 25).

Impius damnatus.

Crucior in hac flamma, ego ille quondam opulentus.

Collegit furorem suum in me, hostis meus terribilibus oculis me intuitus est: satiati sunt pœnis meis. Concluserunt me Deus apud iniquum, et manibus impiorum me tradidit.

Ego ille quondam opulentus repente contritus sum, et posuit me sibi quasi in signum. Circumdedit me lanceis suis, convulneravit lumbos meos, non pepercit. Concidit me vulnere super vulnus, irruit in me quasi gigas (Job. XVI, 9-15).

Ego iste quondam opulentus, crucior in hac flamma. Expectabam bona, et venerunt mihi mala: preestolabar lucem, et eruperunt tenebrę. Interiora mea effluerunt absque ulla requie; cutis mea denigrata est super me, et ossa mea aruerunt prę caumate. Versa est in luctum cithara mea, et organum meum in vocem fletuum. Ego ille quondam opulentus, crucior in hac flamma (Id., XXX, 26, 27, 30, 31).

Deus vindex.

Plaga inimici percussit te, castigatione crudeli: propter multitudinem iniquitatis tue, et propter dura peccata tua feci hęc tibi (Jer. XXX, 14, 15).

Impius damnatus.

Deus, cujus irę nemo resistere potest (Job IX, 13), usquequo non parcis mihi, nec dimittis me ut glutam salivam meam (Id., VII, 19)?

Deus vindex.

Vindicta carnis impij, ignis et vermis (Eccl. VII, 10). Per quę peccat quis, per hęc et torquetur (Sap. XI, 17); quantum glorificavit se, et in deliciis fuit, tantum date illi tormentum et luctum (Apoc. XVIII, 7).

Impius damnatus.

Tantum quantum.

Utinam appenderent peccata mea, quibus iram merui, et calumitas, quam patior, in statera: quasi arena maris hęc gravior appareret; unde verba mea dolore sunt plena: quia sagittę Domini in me sunt, quarum indignatio elibit spiritum meum: nec forsitudo lapidum forsitudo mea, nec caro mea aenea est (Job VI, 2, 5, 4, 12).

Homo peccator.

Peccator ex consideratione inferni varias elicit conclusiones ad viam emendationem.

Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille (Math. XXVI, 24).

Horruit spiritus meus, ego territus sum in his (Dan. VII, 15). Visio dura nuntiata est mihi: qui incredulus est, infideliter agit (Is. XXI, 2). Tu fidem habes (Rom. XIV, 22)? Fac conclusionem (Ezech. VII, 25).

Dives, qui induebatur purpura et bysso, et epulabatur quotidie splendide, sepultus est in inferno (Luc. XVI, 19, 22). Fac conclusionem.

Melius est modicum iusto, super divitias peccatorum multas (Ps. XXXVI, 16); melius est parum cum timore Domini, quam thesauri magni et insatiabiles (Prov. XV, 16).

Dixit illi Abraham: Fili, recorde quia receperis bona in vita tua, et Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Fac conclusionem (Luc. XVI, 25).

Existimo, quod non sunt condigne passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quę revelabitur in nobis (Rom. VIII, 8).

Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei: beati qui nunc esuritis, quia saturabimini: beati qui nunc fletis: quia ridebitis (Luc. VI, 20, 21).

Verumtamen vae vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram; vae vobis qui saturati estis, quia esurietis; vae vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis (Ibid., 21, 25).

Coronemus nos rosis (Sap. II, 8): verbum dulo (Eccl. VI, 5).

Crucior in hac flamma (Luc. XVI, 24): verbum nequam et durum (Eccl. XIX, 7). Fac conclusionem.

Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivij; in illa enim finis cœnatorum admodum hominum, et vivens cogitat quid futurum sit (Eccl. VII, 5). Præterit figura hujus mundi (I Cor. VII, 31), sicut flos fœni (Jacob. I, 10).

Non extinguetur flamma (Ezech. XX, 47).

Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam quotidie, et sequatur me (Luc. IX, 25). Durus est hic sermo, et quis potest eum audire (Joan. VI, 61)?

Discedite, a me maledicti, in ignem æternum (Math. XXV, 41). Vox diei Domini amara: tribulabitur ibi ortis. Fac conclusionem (Sopl. I, 14).

Eamus et nos ut moriamur cum eo (Joan. XI, 16); excamus igitur ad eum, improprium ejus portantes (Ileb. XIII, 15).

Oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam (Luc. XXIV, 26); per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei (Act. XIV, 21).

V MEDITATIO.

De æternitate pœnarum inferni.

PRIMUM PUNCTUM. — Hujus æternitatis rationes.

SUMMARYUM. — Hęc rationes petuntur a termino in quo sunt damnati, et ab ira Dei æterna; ab impossibilitate satisfaciendi pro peccatis, a peccati reatu perseverante, ab igne inexincto, simul et ab immortalitate damnati, ab inutilitate omnium pœnarum et operum.

Ibunt hi in supplicium æternum, in ignem æternum (Math. XXV, 46, 41), in domum æternitatis sue (Eccl. XII, 5):

Et in terram ad quam levant animam suam ut revertantur illuc, non revertentur (Jer. XXII, 27).

Vocabuntur termini impietatis, et populus cui iratus est Dominus usque in æternum (Mal. I, 4). Luctu quę fecit omnia, nec tamen consumetur (Job XX, 18).

Non habebit remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti (Marc. III, 29).

Erit populus quasi esca ignis (Isai. IX, 19), et ignis eorum non extinguetur (Id., LXVI, 24).

Erit populus quasi esca ignis, nec tamen consumetur (Job XX, 18). Ecce facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos: non liberabunt animam suam de manu flammę (Isai. XLVII, 14). Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos; et collibus: Operite nos (Luc. XXIII, 30), et abscondite nos a facie sedentis super thronum, et ab ira agni: quoniam venit dies magnus irę ipsorum: et quis poterit stare (Apoc. VI, 16, 17)? Querent homines mortem, et non invenient eam: et desiderabunt mori, et mors fugiet ab eis. Non liberabunt animam suam de manu flammę (Id., IX, 6).

Vacua est spes illorum, et labores sine fructu, et inutilia opera eorum: in nihilum computabuntur, non habebunt spem (Sap. III, 11, 17, 18).

Infelices (Id., XIII, 10), infelices supra modum (Id., XV, 14), usque ad supremum desolabuntur (Id., IV, 19): cruciabantur die ac nocte in secula seculorum (Apoc. XX, 10). Non liberabunt animam suam de manu flammę; Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, in die iudicii visitabilis illos. Dabit enim ignem, et vermes in carne eorum, et urantur, et sentiant usque in sempiternum (Judith. XVI, 20, 21).

II PUNCTUM. — Impij damnati lamentationes super æternitate suarum pœnarum.

SUMMARYUM. — Damnatus frustra obsecrat misericordiam divinam ut sibi parcat, et justitiam ut destruat illam funditus, miseriam suam nunquam finiendo deplorat, et variis maledictionibus detestatur natalitatem suam, educationem et probę vitę incuriam.

Deus magne et terribilis (Dan. IX, 4), quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, et abscondas me, donec pertranseat furor tuus, et constitus mihi tempus, in quo recorderis mei (Job XIV, 15)?

Vae misero mihi (Jer. XLV, 5), quia tempus non erit amplius (Apoc. X, 6).

Crucior in hac flamma. Vae misero mihi (Luc. XVI, 24), quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo: laboravi in gemitu meo, et requiem non inveni (Jer. XLV, 5).

Quis det ut veniat petitio mea, et quod exspecto, tribuat mihi Deus? Et qui cepit, ipse me contera: solvat manum suam, et succidat me? Et hęc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore, non parcat, nec contradicam sermonibus Sancti. Quę est enim fortitudo mea, ut sustineam? aut quis finis meus, ut patienter agam (Job VI, 8-11)?

Quis finis meus?

Vae misero mihi! gustans gustavi paululum mellis, et ecce ego morior. Crucior in hac flamma, et ecce ego morior (Reg. XIV, 15). Ecce ego morior, et adhuc tota anima mea in me est (II Reg. I, 9). Non moriar, sed vivam (Ps. CXVII, 17). Desperavi, nequaquam ultra jam vivam (Job VII, 16): quia crucior in hac flamma. Gustans gustavi paululum mellis.

Transierunt illa omnia tanquam umbra (Sap. V, 9), et transire non possum (Job. XIX, 8).

Transierunt omnia, et justitia ejus manet in seculo seculi (Ps. CX, 5).

Transierunt omnia; tu autem, Domine, in æternum permanes: tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient (Ps. CI, 15, 28).

Vae misero mihi! Maledicta dies in qua natus sum. Maledictus vir qui annuntiavit patri meo dicens: Natus est tibi puer masculus, qui non me interfecit a throno, ut fieret mater mea sepulcrum. Quare de vulva egressus sum, ut viderem laborem et dolorem (Jer. XX, 14, 15, 17, 18)?

Vae misero mihi, qui utinam consumptus essem, ne oculus me videret: fuissem quasi non essem (Job X, 18, 19)?

Quis finis meus? Quare factus est dolor meus perpetuus, et plaga mea desperabilis renuui curari (Jer. XV, 18).

Quare non in vulva mortuus sum, egressus ex utero non statim perii? Quare exceptus genibus? cur lacatus uberibus (Job III, 11, 12)?

Cur detestatus sum disciplinam, et increpationibus non acquievit cor meum, nec audivi vocem docentium me, et magistris non inclinavi aurem meam (Prov. V, 12, 15)?

Væ misero mihi. Quis finis meus!

III PUNCTUM. — Hominis peccatoris considerationes super aternitate impij damnati.

SUMMARIUM. — Peccator attendit nullam habere damnatum justam causam de Deo conquerendi; nullum finem expectari in aternitate; vel qualicunque computatione fingi; se vero furiosum esse, qui sic vivit aeternae damnationis periculo obnoxius.

Quid clamas? Quare factus est dolor meus perpetuus (Jer. XXX, 45)? Numquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti Dominum Deum tuum eo tempore quo ducebat te per viam (Id., II, 17)? Quid clamas? non enim iuguet te, et veniet teocum in iudicium, et non propter malitiam tuam plurimam, et infinitas iniquitates tuas (Job XXII, 4, 5)?

Quid clamas super contritione tua? Insanabilis est dolor tuus (Jer. XXX, 45); non est qui salvet te (Is. XLVII, 15)? Quid clamas? Quis finis meus? Hæc dicit Dominus Deus: Ego Dominus eduxi gladium meum de vagina sua irrevocabilem (Ezech. XXI, 3, 5); in manu forti, et in brachio extento, et in furore effuso regnabo super vos (Id., XX, 55); quoniam ignem succendisti in furore meo, usque in aeternum ardebit (Id., XVII, 4).

Quid clamas? Quis finis meus? In longituris diebus, in multitudine temporis (Bar. IV, 55), post finem quadraginta annorum (Ezech. XXIX, 45), nondum est finis (Math. XXIV, 6). In his omnibus non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extensa (Isai. IX, 12). Hæc autem omnia initia sunt dolorum (Math. XXIV, 8).

Cum consummati fuerint mille anni (Apoc. XX, 7): mille anni sicut unus dies (II Pet. III, 8). Nondum est finis. In omnibus his non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extensa (Isai. IX, 12).

Arenam maris, et pluvie guttas, et dies seculi quis dinumeravit (Ecclesi. I, 2)? Numera stellas, si potes

DUÆ MEDITATIONES PRO PRÆPARATIONE AD CONTRITIONEM PERFECTAM.

PRIMA MEDITATIO.

De justitia et misericordia Dei.

PRIMUM PUNCTUM. — De justitia Dei quæ magna et magnopere timenda esse arguitur ex variis exemplis.

SUMMARIUM. — Peccator se sinit præsentem justitiæ et sanctitati Dei, et circa eas exercet fidem suam; deinde considerat, sibi que aptat exemplum angelorum rebellium, exemplum Adæ ejusque posteritatis, exemplum hominum pene omnium tempore dilavii, exemplum Sodomorum, et aliorum privatorum hominum quos ipse novit, quibus exemplis si quis non cedat, concludit, id fieri non posse, nisi vel ex falsa spe effugiendi iudicii divini, vel ex contemptu misericordiæ divinæ, ex qua tandem concludit, penitentiam esse viam præteritam.

(Gen. XV, 5): si quis potest hominum numerare pavorem terræ (Ibid., XII, 16): si plures fuerint anni, nondum est finis (Lev. XXV, 31). In omnibus his non aversus est furor ejus, sed adhuc manus ejus extensa (Isai. IX, 17).

Dominus Deus ad hæc ad hunc numerum multa milita (Deut. I, 11), nondum est finis; Sed perditus in aeternum eris (Jer. LI, 26).

In aeternum!

Temporibus aternis (Rom. XVI, 25),

In seculis aternis (Isai. XXVI, 4),

In perpetuas aternitates (Dan. XII, 5),

In aeternum et ultra (Exod. XV, 18),

Et ultra quam credi potest (Gen. XXVII, 55).

Hæc est pars hominis impij a Domino Deo (Job XX, 29).

Deus aternus (Dan. XIII, 42), quis novit potestatem iræ tuæ, et præ timore tuo iram tuam dinumerare (Ps. LXXXIX, 11)? Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram: numerus annorum ejus inestimabilis (Job. XXXVI, 21). Deus aternus, justitia tua, justitia in aeternum (Ps. CXVIII, 142), in aeternum omnia judicia justitiæ tuæ (Ibid., 160).

Tu autem profane, impie, cujus venit dies in tempore iniquitatis præfinita (Ezech. XXI, 25), neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es (Luc. XXIII, 40)? Perdis animam tuam in furore tuo (Job XVIII, 4); igni eris cibus (Ezech. XX, 52) in aeternum et ultra (Mich. IV, 5).

Age penitentiam (Apoc. II, 5); id enim quod in presenti est, momentaneum et leve tribulationis nostræ (II Cor. IV, 17).

Perdis animam tuam in furore tuo.

Quasi a facie colubri fuge peccata: et si accesseris ad illa, suscipient te (Ecclesi. XXI, 2); perditus in aeternum eris.

Quæ videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, aeterna sunt (II Cor. IV, 18).

Age penitentiam.

Verba tua auribus percipe, Domine, intellige clamorem meum; intende voci orationis meæ, rex meus et Deus meus. Quoniam ad te orabo, Domine, ut audivis vocem meam (Ps. V, 2-4).

Mane astabo tibi, et videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es (Ibid., 5). Mundi sunt oculi tui ne videas malum, et respicere ad iniquitatem non poteris (Habac. I, 15).

Odio sunt Deo impius et impietas ejus (Sap. XIV, 9). Justus Dominus in omnibus viis suis, et sanctus in omnibus operibus suis (Ps. CXLIV, 17).

Ece qui serviunt ei non sunt stabiles, et in angelis suis reperit pravitatem (Job IV, 18). Factum est prælium magnum in caelo: Michael et angeli ejus præ-

habantur cum dracone, et draco pugnabat, et angeli ejus: et non valuerunt: neque locus inventus est zorum amplius in caelo. Projectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus, et Satanus, qui seducit universum orbem: et projectus est in terram, et angeli ejus cum illo missi sunt: et cauda ejus trahelat tertiam partem stellarum caeli (Apoc. XII, 7-9, 4). Non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium (Judæ 6).

Quomodo cecidisti de caelo, Lucifer? Dicebas in corde tuo: In caelum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, similis ero Altissimo. Beata est ad inferos superbia tua (Is. XIV, 12-14, 11), in momento, in jetu oculi (I Cor. XV, 52), sicut fulgur (Luc. X, 18).

Si Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reservari (II Pet. II, 4), in iudicium magni diei vinculis aternis sub caligine (Judæ 6): quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumuntur velut a tinea? De mane usque ad vesperam succidentur: et quia nullus intelligit, in aeternum peribunt (Job IV, 19, 20).

Vocavit Dominus Deus Adam, et dixit ei: Ubi es? Quis indicavit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti? Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas et tribulos germinabit tibi, in sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram de qua sumptus es, quia pulvis es et in pulverem revertaris. Et emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, eiecique (Gen. III, 9, 11, 17-19, 25, 24); propterea per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors: et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt; iudicium ex uno in condemnationem (Rom. V, 12, 16).

Adam exemplum meum (Zach. XIII, 55). Quanto magis abominabilis et inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem (Job XV, 16), exterminabitur de populo suo (Exod. XXX, 55)?

Videns Dominus quod multa malitia hominum esset in terra, et concita cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, penitenti eum quod hominem fecisset in terra; et tacuit dolore cordis intrinsecus: Delebo, inquit, hominem quem creavi, a facie terræ. Ece ego adducam aquas diluvii super terram, ut interficiam omnem carnem, in qua spiritus vitæ est subter caelum (Gen. VI, 5-7, 17). Factumque est diluvium: universi homines, et cuncta in quibus spiraculum vitæ est in terra, mortui sunt (Ibid. VII, 17, 21, 22).

Quis non timebit (Amos, III, 8)? Si enim Deus originali mundo non pepercit, sed octavum Noe justitiæ præconem custodivit, diluvium mundo impiorum inducens (II Pet. II, 4 et 5); quis poterit salvus esse (Math. XIX, 25)?

Si civitates Sodomorum et Gomorrhæorum in ei-

nerem redigens eversione damnavit, exemplum eorum qui impie acturi sunt, ponens: magis autem eos qui post carnem in concupiscentia inmunditie ambulat (II Pet. II, 6, 10), post acceptam notitiam veritatis (Heb. X, 26), quibus iudicium jam olim non cessat, et perditio eorum non dormitat (II Pet. II, 5). Quod vidi narrabo (Job XV, 17). Vidi impium su perexaltatum et elevatum sicut caelos Libani: et transivi, et ecce non erat: et quasi vici eum, et non est inventus locus ejus (Ps. XXXVI, 55, 56). Vidi impios sepultos, qui etiam cum adhuc viverent, in loco sancto erant, et laudabantur in civitate quasi justorum operum (Ecclesi. VIII, 10). Vidi eos, qui operantur iniquitatem, et seminant dolores, et metunt eos, flante Deo perisse, et spiritu iræ ejus esse consumptos (Job IV, 8, 9); qui cum iustitiam Dei cognovissent, non intellexerunt quoniam qui talia agunt digni sunt morte (Rom. I, 32).

Propter quod inexcusabilis es, o homo omnis, qui iudicas; in quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas: eadem enim agis quæ iudicas; scimus enim quoniam iudicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt.

Existimas autem hoc, o homo qui iudicas eos qui talia agunt, et facis ea, quia tu effugas iudicium Dei?

An divitiis bonitatis ejus, et patientiæ, et longanimitatis contentus? Ignoras quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit? secundum autem iram tuam et impotentem cor thesarizas tibi iram in die iræ et revelationis iusti iudicii Dei (Ibid. II, 1-5).

Sed quia patiens Dominus est, in hoc ipso peniteamus, et indulgentiam ejus fuis lacrymis postulemus; non enim quasi homo sic Deus comminabitur, neque sicut illius hominis ad iracundiam inflammabitur. Et ideo humiliter illi animas nostras: et in spiritu constituti humilitato servientes illi, dicamus flentes Domino, ut secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiam suam (Judith. VIII, 14-17).

II PUNCTUM. — De singulari Dei misericordia erga peccatorem unum ex multis ad penitentiam reseratum.

SUMMARIUM. — Homo penitens hanc in se agnoscit gratiam, conque a sola Dei misericordia sibi provenisse confitetur. Singulare autem ejus privilegium mirifice extollit comparando seipsum cum multis peccatoribus quibus non fuit concessa talis gratia æque ac sibi, licet indignissimo, et cum aliis multis quibus non concedatur.

Peccavi et vere deliqui, et ut eram dignus, non recepi (Job XXXIII, 27).

Quod autem nunc vivo (Gal. II, 20), et sensus meus redditus est mihi (Dan. IV, 31): unde hoc mihi (Luc. I, 45)? Quis enim te discerit (I Cor. IV, 7)? Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei (Rom. IX, 16).

Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine (Ps. C, 4); quia non infernus confitebitur tibi, neque

(Diz.)